Universitätsbibliothek Paderborn

# Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Eripuit me de inimicis meis fortissimis. Et ab ijs qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Visual Library

Quare eã ipſam hiſtoriã hic canit, quã de apl'is & fidelibus in actis Lucas
ſcribit. Ad qd' pulchre colludēt ſequētia, ubi populū humilē opponit, ſuper/
bo populo Iudæorū & gentiū obedientiã cōtra illius inobedientiã iactat, & cō Chriſtus in Ec
ſtem ſe dicit in gētibus, qd' utiq; nō in perſona ꝓpria pōt intelligi dictū. Fa/ cleſia loqui-
cit & hoc aliquid ad rē ꝙ ab hoc uerſu, in finē pſalmi ferme omia uerba ſunt tur.
futuri tēporis, cū hactenus fuerint præteriti, Vt Chriſtū de Eccleſia & in Ec/
cleſia loquētē intelligamus. Nã & Act. ix. Chriſtus de cœlo ad Paulū dixit.
Saule Saule, quid me pſequeris? cū tamē ſolū Eccleſiã Chriſti pſequeret̄. Sic
& iiij. Regū. xix. in regē Sennacherib dicit dn̄s, habitaculū tuū & egreſſū tuū,
& introitū tuū & uiã tuã ego preſciui & furorē tuū contra me. Inſaniſti in me,
& ſuperbia tua aſcēdit in aures meas, cū tn̄ populū Iſrael perſequeretur.
Hinc pſal. lxxxij. audet dicere: Quoniã inimici tui dn̄e ſonuerūt, & qui ode
rūt te extulerūt caput. Et tn̄ ſequitur, Super populū tuū, malignauerūt cōſiliū.
Hoc enim ꝓmiſit Exo. xxiij. Inimicus ero inimicis tuis. Et Zach. ij. Qui tãgit
uos, tãgit pupillã oculi mei. Et Gen̄. xij. Maledicã maledicētibus tibi.
Dicit itaq; Chriſtus in perſona Eccleſiæ ſuæ ex Iudæis collectæ. Mittet de
ſummo & accipiet me, & aſſumet me de aquis multis. Hoc fecit, qn̄ ſpiritū ſan
ctū de cœlo miſit & cōgregauit ſibi de Iudæis furibūdis, quotquot præordina/
uerat. Aquæ eñ multæ, hoc loco, populi Iudæorū ſunt, ut Apoca. xvij. Aquæ, Aquæ, populi
quas uidiſti, populi ſunt & gētes, quæ & multis alijs locis ſcripturarū, allegori/
ce, populos ſignificant. Neq; eñ hæc uerba accipiendi, ereptionē a malis ſig/
nificãt, id qd' ſequēs uerſus dabit, ſed electionē & ſeparationē ab alijs, ut de
Enoch. Gen̄. v. Quia tulit eū dn̄s. Et. xx. propter mulierē quã tuliſti. Videtq;
propheta alludere ad illud Exodi. ij. Vocauitq; nomen eius Moſes, dicēs, quia
de aqua tuli eū. idē eñ uerbum, Maſa, hoc loco, quod illo, ponitur. Et Moſes
figura fuit eorum, qui de aquis ſumuntur, id eſt, de cæteris eligunt̄, Vnde Mo
ſes, interpretat̄ nō a Moys quod eſt aqua, ut ſomniãt quidam, ſed ab aſſumen
do, aſſumptus ſeu extractus, quia de aqua ſumptus eſt.

Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis.

Et ab ijs qui oderunt me, quoniam confortati ſunt ſuper me.

Eripiet (ut dixi) hebræus, ut Eccleſiæ uocē agnoſcas per Chriſtū, prædictæ.
Sunt autē uerba fiduciæ & ſpei in deū, quia inimicos fortiores & oſores & ro/
buſtiores ſe fore ꝓfitet̄, ut deſperãdū eſſe nobis ſciam' de humano quocūq; præ
ſidio, qui Chriſtiani eſſe uolumus, Nō eñ brachio ſeculari & fulminibus ua/
niſſimis Idolorū iſtorū defendit Eccleſia uera & germana, ſed fictitia iſta, &
quæ nomē Eccleſiæ oſtēdit, uirtutē aūt eius negat. Legimus aūt actis Apoſto
lorum, quã ferox & potens fuerit populus Iudæus cū ſuis principibus in Apl'os
& diſcipulos dn̄i, Verū liberati, glorificabãt deū, & uel in uno Paulo cōuerſo
hunc uerſum impleuerunt.

Præuenerunt me in die afflictionis meæ:

Et factus eſt dominus protector meus.

Explicat modum ereptionis, qui fuit, ꝙ in medio perſecutionis nō deſeruit
Eccleſiã, ſed affuit protegens eã, ne fortiores hoſtes, eam extinguerēt, nec hoc
ſolū, ſed eduxit quoq; eã in latitudinē, ut ſequens uerſus docet. Hoc eſt, quod
dicit, in die afflictionis, id eſt, nec in ipſo tempore perſecutionis, quãdo uide/